cione huiusmodi, ipsum cum litteris tuis continentibus distincte totius ipsius processum negocii ad cameram et ad dictos magistros rationales curie nostre mittas. Volumus insuper et mandamus, quatinus pro singulis diebus sis continuus circa doganam fundicum et portum ac officiales ipsos et scribas, quod pro singulis mercibus descipietur tam per emptorem quam venditorem, et scituram, et pro quocumque iure vel directu curie, et a quibus mercatoribus regnicolis vel extaris, quantitatem et qualitatem mercium quarumlibet, quo ire vel deferri debeant, cum quibus vascellis, nomina patronorum vascellorum ipsorum et mercium earumdem in quaternis duobus consimilibus, quorum uno penes te retento, alium camere magistris rationalibus singulis sex mensibus sub tuo sigillo debeas destinare, et ab eisdem magistris rationalibus de assignatione ipsorum recipias responsales. Et quia nolumus te in eodem nostro servicio expensis propriis laborare, ecce scribimus secreto Terre Laboris, ut pro expensis salario tuo pro tempore, quo in eodem servicio nostro moram traxeris, ad rationem de unciis auri tribus ponderis generalis per annum de pecunia curie nostre, que est vel erit etc., debeat exhibere, cui de hiis, que dederit, facias apodixam. Dat. Sogie viii marcii xiii indictionis, regni nostri anno quarto.

Verum cum dictum notarium Johannem a predicto officio duxerimus amovendum, pro eo quod contra ipsum sicut contra alios officiales de mandato nostre curie est inquisicio facienda, inconveniens esset, ut eodem existente in officio deberet fieri inquisicio contra ipsum, de tua legalitate confisi officium ipsum tibi in Pascaria pro parte nostre curie duximus committendum, fidelitati tue etc., quatinus ipsius mandati forma diligenter attenta et in omnibus observata officium ipsum in Piscaria iuxta tenorem ipsius mandati studiose et fideliter exequaris. Dat Neapoli iii. novembris xiii. indictionis.

(Registro Angioino n. 22 b, fol. 75 b - 76 a) = 4,25